de peccatis confiteri presumunt. et post hoc si in hoc deprehen
si fuerint per preuentum habitu regulari. Visitatores super
hoc inquirant et diligenter faciant obseruari. et diffinitio
nem hanc cum forma visitationis in capitulo recitari. Officiales
ordinis cum instituuntur iurare tenentur quod nullum apponent re
pugnationis obstaculum. nullum procurabunt defectionis presidium.
quin ad visionem abbatum diminutam officia absque contradicti
one quacumque. alias nullatenus valeant promoueri. Omnes
quoque nouicii ordinis antequam ad professionem recipiantur iurare
teneantur. quod statutum huiusmodi eis luculenter expositum
obseruabunt. Abbates vero qui officiales instituerint vel nouici
os ad professionem receperint non prestito ab eis et eorum quolibet
huiusmodi iuramento. tam diu extra stallum abbatis maneant
donec exegerint iuramenta. vel officiales amouerint non iu
rantes. Receptos autem absque iuramento nouicios in basso
choro teneant. donec prestiterint iuramentum. Et hec
diffinitio cum forma visitationis annis singulis in capitulo
recitetur

De iii visitationibus.

Hora prima die visitationis legitur in capitulo concilio secundo forma
visitationis. tertio annales. iiii. carta visitationis. Et tunc iungatur
oratio pro visitatione post capitulum visitantes officiane. post prandium
tenetur colloquium. Secunda die fit sermo et post querunt venie et fiunt
proclamationes. et post capitulum tenetur comissis capitulum. post
prandium fit computatio. Tertia die recommendat conuentus et
legitur carta visitationis et fit absolutio. et misse sunt.

De professione Nouiciorum

Post ewangelium statim licet credo sequi debeat legat professi
onem qua signata ponat super altaris dextrum cornu. quam abbas
inde accipiat. Tunc dicat suscipe me post ter inclinet et
post quolibet versum manibus et genibus in terram in quacumque

sollempnitate / et conveniens ad invicem gla et kyriel. interim
novicius stet in directo qu incipitur miserere tunc singulorum
pedibus se prosternat / quibus flexionibus peractis prosternat se toto
corpore ante gradum donec illa collecta incipiatur. Domine ihesu xpe qui
regnum. tunc erigat se et cucullam indutus quando incipitur Veni
creator. ponat se super genua et brachia in gradu altaris et collectis
finitis actiones. erigat se et vadat in chorum bassum. et c.
Nota post miserere non debet dici kyriel.
Nota quod ad totum officium convientes debet habere vultum ~~ad altare~~ donec incipitur. Veni creator.

De matutinali missa dominicis diebus

Ab octava penthecoste usque ad adventum domini / quando missa dominicalis bis in die celebrari debet / tunc matutinalis missa sit de sancta trinitate.

Diebus privatis privatis officiis carentibus ab octava epyphanie usque ad diem cinerum. modus iste sequens teneatur.

Feriis secundis. cantabitur pro defunctis. Feriis tertiis. de sancto Bernardo. Feriis quartis pro familiaribus. Feriis quintis de dominica. Feriis sextis. de sancta cruce. Sabbatis de beata virgine.

Item ab octava pasche usque ad dominicam ante ascensionem domini

Feriis secundis pro more cantabitur pro defunctis. Feriis tertiis de sancto Bernardo. Feriis quartis de resurrectione domini. Feriis quintis de dominica. Feriis sextis de sancta cruce Sabbatis de sancta maria. Et notandum quod feria sexta post octavam ascensionis dicitur missa de sancta cruce.

Item ab octava penthecostes usque ~~usque~~ ad adventum domini

Feriis secundis pro defunctis. Feriis tertiis de sancto Bernardo. Feriis quartis pro familiaribus. Feriis quintis de sancto spiritu. Feriis de sancta cruce. Sabbatis de beata virgine

Item per adventum usque ad nativitatem xpi

Feriis secundis pro defunctis. Feriis tertiis de sancto Bernardo. Feriis quartis pro familiaribus. Feriis quintis de sancto spiritu. Feriis sextis de dominica. Sabbatis de beata virgine

De missa pro defunctis que solet dici de feriis secundis

Missa pro defunctis que solet dici feriis secundis / in illa tamen obmittatur propter missam de beata virgine dicendam sabbatis cum duobus ministris.